

manu propria, claudat et sigillet. In mane quisque cedulam suam per se portet ad locum capituli, et sit capsa aliqua ist*c*, in qua omnes reponantur et claudantur pluribus seris, denturque claves diversis fidelibus.

Tunc si ante adventum alterius capituli annualis contingat prelatum mori, facta sepultura convocatis convocandis aperiatur capsa, extrahantur cedulae et fiat ratio punctorum, ‘et ille sit’ prelatus, qui plura ‘puncta habuerit’, si vivit; si non, sit numerositate sequens in punctis, et sic deinceps.

35 Verum si vellent ‘electores’, quod vota singulorum non possent sciri, tunc postquam ‘cedule’ essent ‘per unum notarium’ ‘equaliter’ conscripte et ‘electoribus’ tradite et signate per puncta et in mane quisque cedulam suam complicatam manu propria absque subscriptione proiiceret in capsam, non posset sciri tempore extractionis, quis quemlibet punctaverit. Sed forte melius esset pro ecclesia, ut quisque se subscriberet, 40 quia comparando personas cogitaret, quomodo aliquando hoc iudicium suum videbitur et examinabitur. Quare timeret ex affectione minus ydoneum preferre. Est tantum verum, quod aliquando multi timent displicere et contra conscientiam agunt. Qui si certi essent, quod eorum vota secreta manerent, aliquando aliter deliberarent. Ideo media via posset practicari, ut subscriptio fieret, et nichilominus tribus creditis iuratis 45 de non revelando committi, ut cedulis apertis rationem facerent et referrent numerum punctorum, et sic non veniret in publicum votum cuiusque.

Oporteret autem in omni anno revocare electionem et semper comburere cedulas antiquas usque ad tempus mortis.

In paritate autem votorum punctorum capitularis precedat dyocesanum et dyocesanos provincialem. In paritate punctorum inter capitulares vel dyocesanos senior, licet paritas nunquam vel valde raro in hac practica eveniat.

Est enim ipsa securissima et optima, sic quod premissis servatis melior inveniri non possit, per quam semper melior omnium iudicio simul necessario preficitur. Implicatur enim in ea, quidquid dici potest, ac ‘omnes silogismi’ utiles pro eleccionibus. Nec 55 est timor, quod possit faciliter propalari, quis futurus sit prelatus, quoniam si medietas electorum, ymo tres partes de quatuor sua vota et comparationes seu puncta manifestarent contra iuramentum, adhuc remaneret secretum, quis in veritate secuturus esset. Non enim sequitur in hac practica: tres partes de quatuor iudicant talem esse optimum, et 4^{or} puncta sibi ascripserunt; ergo erit prelatus. Hoc clare vident, qui oculum 60 rationi applicant et calculum.

Korrekturen der jüngeren Hand: 24 nach ponendo ergänzt primo 26 nach illum ergänzt meliorem iudicaverit 28 nach suam getilgt aut 29 in qua sinngemäß ergänzt 34 am Rand nequaquam posset aliquis eligere se ipsum sicut contigit 46 am Rand scrutinium 49 nach capitularis ergänzt electus.

¹⁾ So der bis heute gängige Sprachgebrauch, daß jemand mit einer Kirche usw. providiert werde, obgleich dem stilus curiae entsprechend offiziell stets, wie es in Z. 3f. heißt, die Kirche mit einer Person providiert wird.

²⁾ Sog. Acta ecclesiastica; CSEL 57, 372–379. Hieraus oben Z. 1–3 einige wörtliche Übernahmen.

³⁾ Vgl. Nr. 1000 Z. 82f.

Kop. (1451?): HILDESHEIM, Dombibl., Hs 516 (St. Mauritius) f. 68v–69r.

Erw.: Schwarz, Regesten 442 Nr. 1766.

Zur Interpretation s. Meuthen, *Modi electionis*. Textübereinstimmungen mit Nr. 1001 sind jeweils gekennzeichnet. An einigen Stellen (Z. 29, 34f. und 41) stimmt Nr. 1002 jedoch nicht mit Nr. 1001, sondern mit entsprechenden Passagen in De conc. cath. überein. Zu den Unterschieden gegenüber Nr. 1001 vgl. etwa Z. 23, 24 und 41, wo es magis bzw. umgekehrt pauciorem statt minus bzw. plura heißt.

Modus electionis facilis et preclusivus discordiarum et differenciarum per reverendissimum dominum cardinalem per Almaniam legatum concessus.

Nicolaus etc. Ad hoc sacra sunt instituta concilia, ut hiis, que minus provide in ecclesia geruntur, consultius occurratur. Et quia hactenus omnis sollicitudo ad providendum via electionis vacantibus prelaturis non sufficit, quinymmo dietim experimur, sepius ecclesias per diferencia vota turbari quam ex unitate eligentium consolari, hinc utile videtur, ut, si quid digesto concilio antiquis electionum formis salubriter addendum reperitur, nequaquam omittatur. Sane nobis cuncta rimantibus reperimus comparativas electiones libiores ac utiliores, quoniam per eas ad unum devenitur, cui omnium eligentium iudicio subcollecto nullus melior reperitur. Forma autem, per quam id fiat et qua nulla caucior videtur, hec est:

Convenientibus, qui prelatum ‘eliger’ habent in ‘capitulo’ ad hoc convocato, ‘de’ omnibus ex ‘capitulo’, ‘dyocesi’ et ‘provincia ydoneis’ congrua ratione etatis, ordinis, sciencie ac morum facta, et eorundem nomina per scribam unum capituli annotentur, ‘et tot cedula fiant, quot fuerint eligentes’. In quibus cedulis una servetur forma, ita quod singulorum ydoneorum nomina seriatim in qualibet cedula sint ‘conscripta’, spacio longo dimisso post finem cuiuslibet nominis, in quo puncta multa secundum numerum nominum in cedula conscriptorum possint consignari; puta si fuerint x nomina, spaciis sit post quotlibet nomen, in quo x puncta signari possint, et si plures, tunc maius. Hec cedule distribuantur inter eligentes. Qua distribucione facta, qui primus fuerit in capitulo, admoneat omnes, ut solum ‘deum’ et bonum publicum ecclesie pre oculis habentes inter personas in cedulis ‘conscriptas’ ‘comparaciones faciant’, ab eo incipiendo, ‘quem’ quisque inter omnes magis ‘ydoneum’ ‘iudicaverit’, ‘post eius nomen punctum unum ponat’ et deinde ‘post nomen, quem post illum’ magis ‘ydoneum’ credit, ‘duo puncta ponendo, et’ ita ‘consequenter usque ad’ ultimum, quem inter omnes minime ydoneum putat, tot puncta signando, quot nomina in cedula continentur. Qua admonitione facta omnes per ordinem iurabunt se sic facturos et, qualem fecerint comparacionem, numquam cuiquam revelatueros.

Deinde ‘quisquam’ secum ‘ad locum suum secretum’²⁾ cedulam suam deferat et deliberauit per noctem, et si ignorat condiciones aliquarum personarum, ab aliis inquirere poterit, ut melius quis alteri preferendus iudicare possit. ‘In mane’ sequentis diei in suo secreciori loco secundum prestitum iuramentum ad comparacionem procedat et per puncta, prout premittitur, signet eandem. Deinde hora capitulari pendeat saccus vacuuus in ingressu capituli, et quisque ingrediens ‘cedulam’ per eum punctatam et complicatam ‘in saccum’ ponat.³⁾ Et omnibus cedulis sic in sacco repositis, electoribus sedentibus, per scribam capituli in tabula calculatoria sint nomina omnia scripta, sicut in cedulis continentur, et fiat racio extrahendo primo cedulam unam, que a casu in sacco deprehenditur, ponendo calculos sive numerales denarios in tabula calculatoria, sicut cedula reperitur signata per puncta. Deinde extrahatur alia cedula eodem modo faciendo, quoisque omnes fuerint extracte. Tunc respiciatur, quale nomen in tabula calculatoria pauciorem ‘numerum’ calculorum aut denariorum ‘habuerit’⁴⁾, et ille, cuius nomen hoc est omnium iudicio in unum collecto, melior existit. Quod si

plures fuerint in minori numero equales, tunc de gremio ecclesie existens non existenti de gremio preferatur, et inter existentes de gremio ecclesie aut dyocesis vel pro-
4; vincie, qui fuerit in tempore senior et hic talis, cui sic omnium iudicio simul collecto nullus melior existit, per eum, qui primum tenet locum in capitulo, pronuncietur concorditer electus.

Et quoniam hec est via sufficienie, per quam servata pace et unitate ecclesie per libera-
beram electionem ad meliorem omnium simul collecto pervenitur iudicio, hinc illam
50 amplius in omnibus electionibus per provinciam Saltzburgensem hoc sacro provinciali approbante concilio statuimus observandam. Poterit eciam omnis disceptacio, que solet in capitulis in collacionibus beneficiorum oriri, per iam dictam formam sopiri per cedulas, in quibus nomina sint eorum conscripta, inter quos currit deliberacio. Similiter et omnes alie capitulares differencie super quibuscumque in capitulo concludendis,
55 ita quod differencie in cedulis modo premisso conscribantur.

4 consultius verbessert aus concutius 29 secum über der Zeile ergänzt 42 nomen hoc verbessert aus
hoc nomen 54 vor et getilgt om.

1) Das Datum nach Z. 50f.

2) Vgl. De conc. cath. n. 245a Z. 21.

3) Vgl. De conc. cath. n. 245a Z. 27f.

4) Vgl. De conc. cath. n. 245a Z. 30.

zu 1451 <Februar 3 / 10>, Salzburg.

Nr. 1003

Notiz, daß NuK auf dem Salzburger Provinzialkonzil die Aufzeichnung der Summa 'De articulis fidei' des Thomas von Aquin, verschiedener Bußbücher und Bußkanones des Theodorus, Bedas sowie von Päpsten und Konzilien erlassener Bußkanones und all deren Kundgabe an die Kuratpriester angeordnet habe.

Kop. (Or.?)¹⁾ (um 1470): SALZBURG, Abtei St. Peter, Stiftsbibl., Hs. a VI 53 f. 100v (geschrieben durch Ulrich Sattner, Kaplan Eb. Bernhards von Roibr.).²⁾

Die Hs. enthält f. 1r-15r die Summa edita a fratre Thoma de Aquino 'De articulis fidei et ecclesie sacramentis'³⁾, f. 15v-83v ein angebliches Penitenciale Theodori⁴⁾ (vgl. auch f. 83v: Ibi est finis tractatus Theodori), innerhalb dessen u.a. f. 56r das Excerptum Bede presbyteri de canonibus und f. 61v Ex penitenciali Bede presbyteri als Quellen genannt werden, sodann f. 83v-89r die Carolina Nikolaus⁵⁾ V. von 1451 § II 9 in der Transsumierung durch den Kardinal und Bischof Peter von Augsburg von 1451 IV 13⁶⁾, f. 89v-99v die Carolina Martins V. von 1417 XII 16 und f. 96r-100v deren deutsche Übersetzung.⁶⁾ Im Anschluß daran heißt es:

Item omnia prescripta, que in hiis scriptis continentur⁷⁾, mandavit dominus Nicolaus cardinalis sancti Petri ad vincula describi ex mandato domini Nicolai pape v^{ti}, et fecit publicari omnibus presbiteris curatis in concilio generali Salzburgi habito anno li^o post festum Purificacionis sancte Marie.

9 presbiteris von derselben Hand am Rand ergänzt.

1) Vgl. hierzu unten Anm. 7.

2) Nach freundl. Hinweis von A. Hahnl in St. Peter weist die Gestaltung des Vorderdeckels auf Herkunft der Hs. nicht aus der Abtei, sondern aus dem Domkapitel hin. Datierung und Schreiberangabe nach freundl. Mitteilung durch P. Windt, von dem eine Beschreibung der gesamten Hs. in einem gedruckten Katalog zu erwarten steht.